Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Menippus sive dialogorvm satyricorvm centuria inanitatvm nostrativm specvlvm

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

26. Excitatio

urn:nbn:de:bsz:31-107424

Visual Library

humanorum errorum,& expoſita tot ingeniorũ monſtra optimi quiq; confluunt, vel ſpectatores, vel monitores, vel increpatores, etiam Chriſtianæ ſcientiæ vindices & conductores. Nam ut in foro ad luxum pleraque proſtant, & ſuperfluitatem, in uſum & pro pietate etiam nonnulla, ſic Academiæ quantumvis Chriſto inſenſiſſimæ, & tota, ut plurimum, via adverſæ, libros habent, & homines Chriſtianæ veritatis aſſertores. *A*. Vbi ergo id diſcam, quod Chriſtus exigit? *B*. Vbivis felicius, quam in talibus ſcholis. *A*. At monſtrãda erit quam approbes. *B*. Quæ Sacrarum literararum plurimum habeat, prophanarum parum. *A*. Hoc cœnobium & non Academia. *B* Sed & vos Academici eſtis non Chriſtiani: nam ſi ex Chriſtiani regni uſu metienda ſunt & æſtimanda ſtudia veſtra, facilius Ariſtotelicum cœlum, aut Academicum exſtruetis, quam id quod Confeſſoribus & martyribus, Chriſti athletis debetur, impetrabitis. *A* Dandum eſt aliquid adoleſcentum luſibus, & exercitiis. *B* At vos cani, & edentuli, & lippientes & tremuli erotematibus veſtris aſſidetis. *A*. Docendi ſunt pueri. *B*. Imo Molocho ſacrificandi; nam iuventutis florem Ariſtoteles depaſcit, feces fruſtra Deo oblatas Sathan iure ſuo ſibi ſumit. *A* Dum Mundus erit, erit & quod accuſemus. *B*. O Hercules nobis aliquis oriatur qui hæc Augiæ ſtabula ſtercoroſiſſima repurget.

26. EXCITATIO.

A. QVoties illi viri boni in mentem veniunt, qui ſub Papatus tyrannide, una cũ emergente

gente veritate ſuffocati ſunt, totus iraſcor mundo, qui plane immedicabilis eſt. *B.* Atqui ſuperiore ætate mundus fere univerſus evigilavit, & ad religionis, artium, politiæq; lucē rediit. *A.* Nēpe fortiter inclamandus fuit & obiurgandus, & convincendus. *B.* Non arbitror maiore niſu rem geſtam eſſe q̄ olim, ſed id reſervatū eſſe maturitati noſtri tēporis. *A.* At veritas eadē ſemper eſt, eiuſq; ratio & evidentia; nec homines credo nobis illos fuiſſe tantopere diſſimiles: quin ergo idē impetrarunt contra Romanū iugū, quod noſtri? *B.* Primū cogitabis nō ſubitò excogitari novā libertatis vel veritatis curā, ſed diu in animis hominū eā obrepere, & tacitis ſuſurris, querelisq; circūvolare, deniq; verbis aliquot audētioribus neſcio quid minitari. *A.* Perge, placet. B Iam niſi violēta aliqua iniuria, vel evidēs neceſſitas accedat, aut ſpes felicioris ſimul faciliorisq; tētaminis affulgeat, ſcito humanâ ſocordiâ & mollitie optima quæq; iterum ſubſidere. *A.* Sin generoſus aliquis animus, ſimulq; ingenioſus, oriatur, mira ſpes tacitos etiam provocat, & promptiores in apertam profeſſionem facile inducit. *A.* Credibile eſt. B. Atq; ita quod dudū multorum votum fuit, id unius creditur perſuaſio. *A.* Aſſentior. *B.* Poſtea cū in maiores nervos factio excreſcit, cō fidentius & ſua agit, & aliena impetit, & plærunque prima moderata conſilia, & prudentiſſimū inſtitutum intervertit. *A.* Euge. *B.* Deniq; in eam molem excreſcit, ut autori ſuo & oneri ſit, & formidimini. *A.* Apparet. *B.* Nunc tute iudicabis cur ad primam D. Lutheri vocem Germani tam

alacres, tantoque numero aſſurrexerint, pertæſi ſcilicet Romanum iugum, & perfidiam potius, quàm obſcuratam Religionem, & exinde contra Pontificem minarum pleni. Ac nec illi ipſi de tanta deſertione cogitabant, donec maioribus iniuriis ſtimulati, vincula primum linguis ſolverunt, & calamis, indeque mox manibus. Deniq; cum in varia capita odium Romanorum excreſceret, facta ſunt nova Eccleſiæ vulnera, novi cauſati planctus, quibus metuo ut quiſquam niſi Chriſtus mederi poſſit. *A.* Oremus Chriſtum, ut qui Heroas iam ſæpe dedit, per quos orbis Chriſtianus quaſi renatus dici poſſit, non deneget etiam poſtremum fortaſſe Eccleſiæ medicum. *B.* Optare licet, ſperare licet, expectare licet, at tu memineris, multorum vota & ſuſpiria tale quid impetrare, ſed tempus definitum ſub inſigni aliquo capite adferre.

27. *PAEDAGOGISMVS.*

A. QVid eſt quod literarum magiſtri ad res publicas peragendas producti, plerumque omnium mortalium ſunt ineptiſſimi? *B.* Quoniã in res tantopere viles nunquam animum intendunt, ſed ſublimiori humanarum rerum ſpeculationi inhærent. *A.* Cæterum ſi quis illos in ipſa ſpeculationis arce deprehendat, conſtructionibus inſudare reperit, & anomalis, & heteroclitis *B.* Hæ artium fores ſunt, quas æque iuventuti aperire par eſt, ac interiora ſapientiæ conclavia. *A.* At ſi quis forte ingrediatur, anne ſapientes illos reperiet, an ſapientiæ commonſtratores? *B.*

Sapientes